

CATALOGVS  
**LECTIONVM**  
**PUBLICARVM**

ET

**PRIVATARVM,**

Q V A S

IN

*ACADEMIA ROSTOCHIENSI*

S I N G V L I

**DNN. PROFESSORES**

PARTIM IAM TRACTANT,

PARTIM HOC ANNO AVSPICABVNTVR.

---

R O S T O C H I I,

TYPIS IOHANNIS IACOBI ADLERI, *ACADEMIAE*

TYPOGRAPHI,

1748



*FACULTAS THEOLOGICA.*

**D.** FRANC. ALBERT. ÆPINVS, Facultatis Theol. Senior, DEO vitam, valetudinem ac vires clementissime largiente, à consuetâ sibi hæctenus, quæ Numinis Supremi gratia est, in docendo diligentia, quantum senectutis anni permittunt, neutiquam desistet. Adeoque, præter Lectiones in B. KOENIGII *Theologiam Positivam Acroamaticam* fundamentales, in reliquis etiam Systematis Theologici partibus, juxta eorum ipsorum desideria, Nobilissimis Dnn. Commilitonibus operam suam, pro officii ratione, promptam pollicetur.

JOANN. CHRISTIAN. BVRGMANN, D. quod hucdum egit, ulterius D. V. aget, vt intra biennium præcipuas sanctioris studii partes expediat. Praelectionibus *publicis*, a pluribus inde annis, nulloque intermisso spatio, theologiae dogmatico-  
po-

polemicae partem exponit. Reliquas *privatis* recitationibus persequitur, hoc insuper semestri in theologia Exegetica, et historia ecclesiastica recentiori occupatus. Per aestatem, quod si Numini Supremo visum fuerit, collegium *Historico - Polemicum*, nec non *Symbolicum* adiiciet. Disputationibus quoque privatis et publicis, quas per aliquot retro annos habuit, si qui iisdem exerceri cupiant, operam commodare haud pigrabitur.

JOANN. HENRICVS BECKER, D. Facult. Theol. h. t. Decanus, diuturna corporis imbecillitate pressus, & tantum non fractus, per praesens tamen semestre hybernum, ut loquendi vires experiretur, Praelectionibus publicis Homileticis occupatur. Quod si clementissimum Numen, vires ipsi valetudinemque restituere, dignabitur, per futurum aestatis tempus, post lectiones publicas theticas fundamentales, tradet etiam anti-naturalisticas dogmaticas. Quantum etiam integrum ipsi erit, iuabit conamina eorum, qui examinatorium in Theologia, aut disputatorium exercitium desiderabunt.

## FACULTAS IURIDICA.

MATTHIAS BENONI HERING, Cod. Prof. Ducal. Publ. Ord. ac Consistorii Ducal. Consiliarius, dubiam admodum propter imbecillamque valetudinem, cum qua per aliquam intercapedinem conflictatus est, & adhuc dum conflictatur, nihil quidem certi promittere valet; interim tamen, in quantum DEVS vires & sanitatem concesserit, Institutiones & Pandectas, illas ad *Elementa Heinecciana*, has ad *Doctrinam Ludovicianam* interpretabitur. Sicuti quoque sub adlata conditione, *Iuris N. & G.* ut & *Iuris canonici* explanationem desiderantibus haud defuturus est.

JOHANNES PETR. SCHMIDT, V. I. D. & Cod. Pr. Publ. Facultatis Iurid. h. t. Decanus hora XI. XII, in exponendis  
( 2 Ele.

*Elementis Iuris civilis* duce B. HEINECCIO perget, simul hora II-III. praelectiones in CEL. DN. ENGAVII *Elementa Iuris German.* continuaturus. Quibus absolutis, per futurum semestre aestivum V. D. collegia

I) *Historia universalis* in PVFENDORFFII *Einleitung zu der Historie der Reiche und Staaten,*

II) *Pandectarum* praeunte ILL. BOEHMERO in *Introduct. in Ius digestorum*, &

III) *Iuris publici* ad ductum ILL. MASCOVII *Principiorum Iur. publ. Imperii.*

aperiet. Faxit DEVS feliciter!

HERMANN BECKER, V. I. D. Instit. Prof. Publ. Senat. Ord. diuina adspirante gratia promittit publicam expositionem Rec. Imp. Nov. de anno 1654. Praeterea autem in interpretandis tam Pandectis, duce beato SCHAVMBVRGIO in compendio Digestorum, quam Institutionibus, praeunte B. HEINECCIO in elementis ea, qua par est, diligentia continuabit. Nec non promptum paratumque sese offert ad illustranda elementa iurisprudentiae criminalis ILL. BOEHMERI Jcti Halensis, si forsitan quidam sint, qui eorum expositionem desiderant.

## *FACULTAS MEDICA.*

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING. D. Facult. Medic. Senior, Publicas lectiones Pathologiae generali, Priuatas vero Materiae Medicae, & Medendi Methodo destinavit. Et, si qui fuerint in reliquis artis salutaris partibus erudiendi, iisdem operam suam, quantum per negotia clinica licebit, lubentissime pollicetur.

GUST.



GVST. CHR. HANDTWIG M. Dr. hujusque P. P. D. O. h. t. Decanus. per subsequens aestiuum semestre, *Physiologiam cum Pathologia speciali*, omni industria publice pertractabit; *privatim* autem *Physicas Praelectiones*, DEO adspirante, instituet, nec ulli unquam Clariss. Dom. Commilitonum desiderio deest.

JOHANNES BERNHARDVS QVISTORP Med. Doct. & Prof. Ord. per ætatem prælectiones *botanologicas & plantarum demonstrationes* una cum solida illarum adplicatione ad praxin medicam offert. Ceterum, si qui *Collegium Chymico - Practicum* desiderant, omni industria eos instruere allaborabit.

## FACULTAS PHILOSOPHICA.

**M.** PETRUS BÆCKER, Math. Infer. nec non Phys. jam per semi-seculum P. P. O., totius Academiae Senior, ad D. Jac. Pastor. ac R. Min. Dir. partim ob senectutem quietem anhelans, partim ob saepius recurrentes aduersae valetudinis insultus impeditus, quod Dominorum Commilitonum studiis promittere queat conatum, inuenit nihil. Sibi vero eo facilius veniam promittit, merito pro emerito habendus, cum non desint in hac Academia Viri in studiis mathematicis ac *physicis* versatissimi, Dominorum Commilitonum desiderio satisfacturi.

**M.** JACOBUS CHRISTOPHORUS WOLFF, Græc. Litt. Prof. Publ. Ordin. & Archi-Diac. ad Div. Mariæ, lectionibus & fundamentalibus, & idiotisticis, & lectoriis, Commilitonibus linguam græcam excolendi cupidus pro virili ut inferuiat omne impendet studium: nec non, si per officium ecclesiasticum erit licitum, Collegium Philologico - Criticum in Epist. Pauli ad Titum publice ipsis praelegere studebit. Faxit DEVS feliciter!

)( 3

M.

**M. PETRVS CHRISTIANVS RUDOLPHVS**, Metaphysices Prof. Publ. Ord. & ad aedem Mariae Ecclesiae h. t. Academiae Rector, per instans *semestre aestiuum lectionibus publicis explicabit Summe Rev. Dn. Consilarii & Theologiae Professoris, FRANC. ALB. AEPINI, Compendium Metaphysicae, ad Theologiam applicatae.* Porro aperiet *Collegium Hebraicum Lectorio-Accentuatorium in Ecclesiasten Salomonis & VII. Psalmos poenitentiales.* Vtui Commilitonum Suauissimorum etiam inseruet *Collegium Disputatorium*, in quo theses ex variis Philosophiae & Philologiae partibus sub examen vocabuntur. Per *semestre autem brumale*, adspirante summi NVMINIS gratia, gratis instituet *lectiones Homileticas*, in quibus elaborationes frequentiores praeceptis iunget. In subsidium subinde vocabuntur V. C. ROMANI TELLERI *Institutiones Theologiae Homileticae.* Exhibebit quoque *lectiones hebraeae linguae fundamentales*, praeunte I. A. DANZIO in *Compendio grammaticae ebraicae.* Ex fonte graeco denique explicabit *ea N.T. loca, quae difficillima sunt & δυσνόητα* continent. Nec deerit desiderio eorum, qui in lingua graeca vel latina institutionem poscunt vberiore.

**IOANN. LUDOV. ENGEL**, Phil. Mag. & Logic. Prof. Ducal. P. O. si sanitatem DEVS restituerit, praelectiones instituet logicas electo compendio, quod adriserit pluribus. Operam & in pertractandis collocabit institutionibus hermeneuticae sacrae, adornatis quondam a b. Io. Iac. Rambachio. Item panegyricum C. Plinii praeleget, iunctis obseruationibus non modo historicis, sed vel maxime philologicis, & pro re nata politicis. Ceterum vacat institutionibus priuatissimis, praesertim & in formando stilo romano.

**PAVLVS THEODORVS CARPOW**, Philos. & Med. D., LL. OO. & CC. Duc. Prof. P. O. fundamenta Linguae Stæ docere perget, methodo tam vulgari, quam philosophico-mathematica, publicae & priuatim, pro numero scilicet & iudicio Auditorum, quibus & Auctorum, DANZII, MICHAELIS, KOCHII &c,

&c. optio permittitur. *Rabbinicae* quoque, *Chaldaeo-Syriacae*, & *Arabicae* linguarum praecepta cupientibus explicabit. In I K E N II praeterea *Antiquitates Hebraeorum Ecclesiasticas, Politicas & Oeconomicas* commentabitur, & *Collegium Textuale* s. *Biblicum Cursorium* dictum, in V. Ttum aperiet. Offert denique Collegium *Philologico-Exegeticum* in SS. *Evangeliorum* ac *Epistolarum* Dominicalium & Festiualium loca, quae sine curatori triplicis Iudaeorum status cognitione, intelligi minime queunt. O. B. C. DEO.

PETRYS SASSE, Philof. ac S. Theol. D. nec non Historiarum Prof. Ducal Ordin. finitis feriis Paschalibus, DEO volente, *privatim* adornabit recitationes *Historiae civilis* eiusque *universalis* ad Delineationem illust. Dn. GEBAVERI. Et in *Praelectionibus Philologico-Exegeticis* in V. Tti codicem eo studio perget, vt duas horas illis quotidie constituat ac singulos libros intra biennii spatium exponere eorumque sensum ab aliorum detorsionibus vindicare queat. Docebit quoque per semestre aestivum *Theologiam* reuelatam eamque *Dogmaticam*, sequuturus, qua hanc Theologiae partem, S. R. Dn. D. FEVERLINVM in Compendio illo, quod non multum abhinc typis excudere iussit. *Publice* autem tradet illam *Historiae Ecclesiasticae* sectionem, quae *Reformationis Historiam* complectitur. Hasce institutiones, si DEO ita placuerit, tempore brumali excipient aliae: *Historicae* de *Antiquitatibus ecclesiasticis*, duce S. R. Dn. D. BAVMGARTEN; *Exegeticae* ad Epistolam PAVLI quae Hebraeis inscripta est; & *Theologicae* in libros ecclesiae nostrae Symbolicos. Nec vnquam deerit iis, qui in Exercitiis Examinatoriis ac disputatoriis suam qualemcunque operam desiderauerint.

M JOACH. HENR. PRIES, Moral. P. P. O. & Facultatis suae h. t. Decanus, DEO clementissime annuente *lectiones morales* publice auspiciabitur, *reliquas Philosophiae partes* priuata diligentia traditurus. Scholas praeterea aperiet, in quibus *de veri-*

ta-

*tate Christianae religionis ex instituto commentabitur. Nec iis deerit, qui vel in Hermeneutica vel in Oratoria S. suam desiderabunt operam. De singulis suo tempore plura dabit.*

M. ANGELIVS IOH. DAN. AEPINUS, Eloquent. Prof. Duc. P. O. per futurum semestre aestiuum instituet praelectiones in *Cel. GOTTSCHEDII Ausführliche Redekunst, Logicis atque Metaphysicis* doctrinis solitam praeterea navaturus operam. Hyemale vero tempus *Oratoriae sacrae & Hermeneuticae*, isti quidem praeeunte S. R. TELLERO, huic duce S. R. PFEIFFERO, nec non *Praxi Logicae & Philosophiae Moralis* partibus impendet. Neque deerit, quibus vel in *exercitiis stili latini, vel disputatoriis* suas experiri vires, volupe fuerit,

\* \* \* \* \*

In qualibet Facultate dantur etiam alii Doctores, qui in suscipiendis laboribus academicis Musarum alumni inseruire omnem navant operam. Nec minus in *linguis exoticis*, praesertim *Anglica, Italica & Gallica* proficere cupientibus, vel alia ambientibus exercitia, Magistri vsu & exercitatione probatissimi operam atque industriam suam pollicentur.

---

P. P. d. 22. IAN. A. O. R. MDCCXLVIII.

